Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

p̄ hoc in loco medio constituta. utroque
ab eis latere muniuntur. Remig. Matheus
quidem scripsit in iudea sub tempore gaii gal
licule imperatoris. Marcus in ytalia rome sub
tempore neronis uel claudii & tanbanū.
Lucas uero in achaye boetie que partibus tyranni
ad theophilo. Et iohannes expleuit in asya in eo
Sr. mar. sub tempore nerue principis. Eda. Sed cum sint
iiii. euangeliste non tamen iiii. euangelia sed
unum iiii. librorum ueritate consonum ediderunt.
Sicut enim duo uersus eandem penitus habentes
materiam pro diuersitate metri et uerborum duo sunt
et tamen non nisi unam continent sententiam. Sic euan
gelistarum libri cum sint iiii. unum tamen
euangelium quia unam doctrinam faciunt de
ioncel. fide catholica. Crisost. Sufficiebat quidem ut
unus euangelista omnia diceret. Sed cum iiii. ab uno
ore omnia loquuntur non secundum eadem tempora in eisdem
locis conuenientes et adinuicem colloquentes
maxima fit demonstratio ueritatis. Et hoc ipsum
quod in aliquibus modicis dissonare uidentur
maximum signum ueritatis est. Si enim per omnia con
sonarent crederent inimici ex placito quodam
humano conuenientes scripsisse quod scripserunt. In
principalibus quidem que pertinent ad informationem
uite et predicationem fidei nequaquam dissonant in
aliquo. Si autem in miraculis hic quidem hoc ille uero illa
dixit hoc te non conturbet. Si enim unus omnia dixisset
[illegible] superflui essent uos reliqui. Si omnes diuersa nequaquam
consonantie demonstratio appareret. Si autem de
temporibus uel modis differentes annuntient
hoc nichil impedit eorum que dicta sunt ueritatem ut inferius
de consen. euan. ostendetur. Aug. Omnis autem singuli eorum suum
quendam narrandi ordinem tenuisse uidean
tur. non tamen unusquisque eorum uelut alterum precedentis
ignarus uoluisse scribere reperitur et ignorata
pretermisisse que scripsisse alius inuenitur. Sed sicut
unicuique inspiratum est non superfluam cooperationem
sui laboris adiunxit. Glo. Sublimitas
autem euangelice doctrine consistit quidem primo
in eius excellentissima auctoritate. Aug. Inter omnes enim
diuinas auctoritates que sanctis litteris continentur

euangelium merito excellit. Quod enim primi predicato
res apostoli fuerunt qui dominum ihesum christum et saluatorem
nostrum ihesum christum et presentem in carne uide
runt. Quorum quidam scilicet matheus et iohannes
et scripta de illo que scribenda uisa sunt libris
singulis ediderunt. Ac ne putaretur quod attinet
ad percipiendum et predicandum euangelium interesse ad
utrum illi annuntient qui eundem dominum hic in
carne apparentem secuti sunt an alii qui ex il
lis comperta fideliter crediderunt. diuina prudentia
procuratum est per spiritum sanctum ut quibusdam et ex il
lis qui primos apostolos sequebantur non solum annun
ciandi uerum et scribendi euangelium tribueretur
auctoritas. Glo. Et sic patet quod sublimitas euan
gelice auctoritatis a christo dependet. Et hoc designa
tur in uerbis prophete premissis cum dicitur. Super montem
excelsum ascende tu. Mons enim excelsus christus
est. De quo idem ysayas dicit. Erit in nouis
simis diebus preparatus mons domus domini in uertice
montium. id est super omnes sanctos. quia a monte christo mon
tes dicuntur quia de plenitudine eius omnes accepimus.
Recte autem ad matheum dicitur. Super montem
excelsum ascende tu. Quia sicut predictum est
ipse in propria persona sua christum uidit et eius doctri
nam audiuit. Aug. Illud autem discutien de conc. euan
dum est quod solet nonnullos mouere cur ipse dominus glistarum.
nichil scripserit ut aliis de illo scribentibus
necesse sit credere. Sed nequaquam dicendum est quod
ipse non scripserit. quando quidem membra eius id
operata sunt quod dictante capite cognouerunt.
Quicquid enim de suis factis et dictis nos legere
uoluit. hoc scribendum illis tamquam suis mani
bus imperauit. Glo. Secundo autem haec euangelica
doctrina sublimitatem meruit. Unde apostolus
dicit quod euangelium uirtus dei est in salutem omni
credenti. Et hoc ostendit propheta in premissis
uerbis cum dicit. Exalta in fortitudine uo
cem tuam. Tertio autem modum euangelice doc
trine designat in exaltatione uocis per
quam doctrine claritas datur intelligi. Aug. ad uolusi
Modus enim ipse quo sancta scriptura contexitur anum.
omnibus accessibilis paucissimis pe